Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26564
Copyright: Admont, Benediktinerstift



semp diuine pruidentie. sic conuersionis non libera.

Nota — Omnis intellectualis substantia et sensibilis acceperunt uirtutem adeo in esse producte. susceptiuam eorum que sunt intellectualis quidem intellectus. sensibilis uero sensus.

Nota — Deus quidem participatur solum. creatura uero et participat et partitur: et participat quidem esse et bene esse. impertitur autem bene esse solum. Sed aliter quidem corporea. aliter uero incorporea substantia. Incorporea quidem substantia et dicens et agens et contemplans bene esse partitur: corporea uero ~~contemplans~~ agens solum.

Nota — Semper quidem esse aut non esse rationalem et intellectualem substantiam. in consilio est eius qui omnia bona condidit. quod autem hec bona sint secundum deliberationem aut mala. in uoluntate eorum que facta sunt existit.

Nota — Non circa substantiam eorum que facta sunt malum considerantur. sed circa culpabilem et irrationabilem motum.

Nota. — Rationabiliter mouetur anima. quando concupiscibile quidem eius continentia imbuitur. irascibile uero caritatem suscipit. odium auertens. Rationale uero addidit pergit per orationem. et contemplationem spiritalem.